



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Lignvm Vitae, Ornamentum, & Decus Ecclesiae

In Qvinque Libros Divisvm. In quibus, Totius Sanctiss. Religionis Divi Benedicti initia; Viri Dignitate, Doctrina, Sanctitate, ac Principatu clari describuntur: & Fructus qui per eos S. R. E. accesserunt, fuissimè explicantur

Wion, Arnold

Venetiis, 1595

Comites Ordinis Camaldulensis. cap. XXIX.

urn:nbn:de:hbz:466:1-38372

Paulus Orlandinus, Florentinus, monachus Angelorum Florentiæ, Græcè, & Latine doctus, qui floruit anno 1512. scripsit,

Dialogorum de Theologia, lib. 3.

De Theologia separata, lib. 1.

De Theologia mixta, lib. 1.

Disputationum super Epistolam S. Hieronymi ad Paulinum, quæ incipit, F. Ambrosius: Lectiones 24.

Sermones 32. & alia nonnulla.

Petrus Abbas Vangadicæ, uide in Beatis.

Petrus Delphinus, Generalis, uide ibi.

Philippus Fantoni, Monachus Camaldulensis, Philosophus, & Mathematicus, & eiusdem disciplinæ in publico Pisanorum Studio professor, scripsit De modo reducendi annum ad suum legitimum numerum, lib. 1.

Et alia nonnulla quæ nondum uidi. Floruit anno Domini 1570.

B. Rodolphus II. Generalis, uide in Beatis.

S. Romualdus, uide supra.

Sebastianus a Fabriano, Monachus Camaldulensis, qui etiam num uiuit, composuit, Misarum, Quinis, & Senis uocibus lib. 1. qui excusus est Venetiis apud Ricciardum Amadinū, an. 1593. in quarto.

Comites Ordinis Camaldulensis. Cap. XXIX.



AMBROSIVS Moncata, præclaræ indolis iuuenis, clarissimi Comitis Aitonæ, citerioris Hispaniæ Frater Germanus, qui ex vetustissima, illustrissimaque, & Moncatæ & Cardonæ Ducum familia originem trahens, spretis mundi huius diuitijs, eiusque illecebris, ut diuinis obsequijs melius vacare posset, summo omnium exemplo, in eius ætatis flore, sanctæ

Eremitæ solitudinis locum, in suam habitationem, ac requiem elegit, & vitæ Sanctæ splendore, illustrem admodum sacrum illum locum reddidit. Floruit anno Domini 1580.

Siluanus Razzi, Florentinus, de Manardi, Monachus Camaldulensis, linguæ Ethruscæ alter Cicero; scripsit multa opera in eadem lingua, de quibus uidi.

De Descriptione sacre Eremitæ lib. 1. excusus Florentiæ 1583. in 8.

Collectorium orationum ad Christum, & B. Virginem: excusum sæpius in multis Italiæ ciuitatibus, in diuersis formis.

Coro-

- Coronam Domini, siue de Vita Iesu Christi, in modum precatio-
nis: excus.
- Vita Beatae Virginis, & S. Ioannis Baptista.
- Vitæ quatuor Illustrium uirorum, uidelicet Magni Cosmi Ducis
Ethruriae, &c.
- De misericordia lib. 1.
- Miraculorum B. Virginis Mariæ, lib. 1.
- De vita Christi, lib. 1.
- Deuitis Sanctorum & Beatorum Ethruriae: lib. 1.
- Composuit & pro maiori parte, vitas illustrium Piccorum, quæ sub
nomine Georgii Vasari Equitis excusæ sunt Florentiæ in tribus
tomis 1568. in quarto.
- Traduxit & de Latino in Italicum sermonem.
- Euangelistarium Marci Maruli, excus. Venetijs 1580. in quarto.
- Regulam S. P. N. Benedicti, cui, & annotationes aliquas adiecit,
excusa Florentiæ 1574. in quarto.
- Ioannem Ferum, de Passione Domini, quæ suspensa fuit simul
cum aliis Ioannis Feri, Operibus.
- Fecit, & adhuc secularis, Cæcam, Braham, & Constantiam, Co-
mædias; necnon, & Tragædiam Sigismundam.
- Et alia multa composuisse fertur, quæ ad meam notitiam non ve-
nerunt. Floruit anno Domini 1580.
- Ventura Minardus Athestinus, Monachus Camaldulensis, qui floruit
anno Domini. . . . composuit.
- Monopanton, de Balneis Calderij in agro Veronensi, excusum
Venetijs, anno 1571. in octauo.
- Vitalis Zuccolus Patavinus Abbas, scripsit
- Dialogorum super Metheoras, Lib. 1. excus.
- Enarrationum super conc. Tassi, Lib. 1. excus.
- Traductionem Cambiorum iustorum, excus. Venetijs anno 1588
Georgius Angelierius, in octauo.
- Commentariorum, & Quæstionum supra Platonem, nondum
excusa.
- Octoginta Sermones super Cantica Canticorum; nondum excusi.
- Et alia multa adhuc imperfecta: Adhuc uiuit.